



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Pars III. De Legitima, Et Trebellianica, aliisque Detractionibus. Index  
Argumentorum In Discursibus Qui habentur in hac Par. III. de Legitima, &  
Trebellianica, aliisque Detractionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

PARS III.  
DE LEGITIMA,  
ET  
TREBELLIANICA,  
ALIISQUE  
DETRACTIONIBUS.

INDEX  
ARGUMENTORUM  
IN DISCURSIBUS

Qui habentur in hac Par. III. de Legitima, & Trebelliana, aliisque Detractionibus.

Disc. I.

Discursus generalis, pro introductione totius materiae, ac distinctione discursuum particularium, de quibus infra, circa legitimam quantitatem, & qualitatem, in locis, in quibus adfint Statuta feminarum exclusiva; Et an, & quomodo feminæ, faciant numerum, & partem.

Disc. II.

*Romanæ legitime de Acciaiolis.*

Discrepantibus filiis masculis ejusdem matrimonii, feminas à Statuto exclusas numerare, quia nempe unus velit eas numerari, & alter non, cuius beatissime potior conditio.

Disc. III.

*Romanæ legitime de Grana.*

De eadem materia concursus plurium masculorum, quicunque sint diversi matrimonii, quorum Aliqui velint, Alii verò nolint feminas numerari pro detractione legitime, quibus sit deferendum.

Et an, & quando femina exclusa, dicatur restituta sicutat per dispositionem testamentariam.

Disc. IV.

*Romanæ supplementi legitime.*

Posto, ut in concursu filiorum diversi matrimonii, feminæ faciant numerum juxta discursum precedentem; An faciant partem sibi ipsis, vel potius masculis earum germanis fratribus.

Disc. V.

*Romanæ fideicommissi Marianis.*

Legitima masculi, ex Statuto excludentis feminas, an sit tertia totius, etiam pro portionibus sororum; Vel potius istarum portiones cadant sub fideicommisso per parentem ordinato.

Disc. VI.

*Romanæ legitime de Albericio.*

An reliqua filio masculo sola legitima de jure debita, atque institutis hereditibus filiabus, ista faciant numerum, & partem ad earum favorem, non obstante Statuto exclusivo, adeo ut masculus habeat solum ejus portionem de jure com-

*Card. de Luca P. III. de Legit.*

muni competentem; Vel potius obtineat integrum tertiam, feminis non numeratis neque admisis.

Disc. VII.

*Romanæ doriam.*

Quomodo detrahendæ sint dotes, quæ per Statutum exclusivum, demandantur feminis à successione exclusis, an scilicet antè, vel post legitimam masculorum, vel ex eadem.

Disc. VIII.

*S. Severina supplementi legitime.*

Legitima nepotum ex pluribus filiis prædefunctis, aeneis defratur in capita, vel in stirpes, adeo ut, tanta sit portio plurium nepotum ex uno, quanta unius, vel duorum ex altero filio; Et de renunciatione matris, an obster filiis ex propria persona venientibus remissive.

Disc. IX.

*Fanen. legitime, seu fideicommissi.*

An ordinato inter fratres, vel alios reciproco fideicommissio masculino, cum exclusione feminorum, quibus dos reservata sit; Dictis feminis reservata censeatur legitima, etiam antè matrimonium transmissibilis.

Disc. X.

*Lucana legitime.*

An Statutum excludens matrem à successione filii, ob existentiam fratrum, vel sororum, seu aliorum conjunctorum, tollat etiam legitimam; Quia occasione agitur de puncto, an legitima sit de jure naturæ, adeo ut per Statutum tolli possit, necnè; Et quatenus legitima debeatur, an tertia tertiæ vel tertia totius; Et an relinqu possit in usufructu, seu fructibus.

Disc. XI.

*Bononiæ legitime de Landis.*

An matri binubæ debita sit legitima in bonis, quæ in filium morientem obvenerunt ex substantia primi viri, adeo ut volens, possit filius dicta legitima eam privare, necnè.

H

Disc. XII.

De LUCA  
De  
fiancementis  
et casis  
CVI

# INDEX

Disc. XII.

*Bononien. legati.*

**A**n, & quando filii legitimatus per rescriptum debita sit legitima.

**E**t quatenus debetur, vel relinquatur, an possit gravari; Etan competit etiam detractio trebelianæ, more filiorum legitimorum.

Disc. XIII.

*Romanæ seu &c. officiorum.*

**A**n, & quando legitima possit tiliis prohiberi in causa delicti, & confiscaitionis, adeo ut sub confiscaitione non veniat.

**E**t de imputatione iurium vacabilium, seu vitalitorum, in legitimam.

Disc. XIV.

*Romanæ nullitas exequutionis.*

**A**n fiscus cogat patrem viventem ad legitimam filii delinquentis.

**E**t de Judæis, an dicuntur in omnibus cives, & gaudent privilegiis Civitatis.

Disc. XV.

*Ianuen. detractionum.*

**Q**uale tempus in legitimæ detractione attendi debet, an illud mortis parentis, vel potius quando detractione facienda est, ad effectum inspicendi, cuius commodo, vel damno cedat bonorum hæreditariorum augmentum, vel decrementum sequuntur post mortem.

**E**raliqua de imputatione in legitimam officiorum vacabilium, qua pater vivens, sub reservatione decreti, emit in faciem, seu nomen filii.

Disc. XVI.

*Vterbien. hæreditatis.*

**R**ecepta conclusio, ut extra cautelam, quæ vulgo dicitur *Socini*, parentis non possit prohibere, vel gravare legitimam, quodque prohibito, vel gravamen non præjudicet filio, quamvis simpliciter accepter testamentum, nisi legitimæ specialis mentio in acceptatione sit; An procedat, ubi filius parenti viventi, in actu testandi consensum praefat super testamento, quod talenm prohibitionem, vel onus contineat; Et an prohibitio contenta in uno gradu substitutionum, extendatur ad alios gradus.

Disc. XVII.

*Perusina successionis.*

**A**d materiam probationis legitimæ, seu illius subjectionis fideicommissio, an, & quando dicatur adhibita ea cautela, quæ vulgo dicitur *Socini*; Et quatenus non, an sufficiat talenm probationem factam esse per æquipollens. Et quid ubi concurrat expressa acceptatio relativa ad dispositionem Juris.

Disc. XVIII.

*Lucana prohibitionis legitima.*

**D**e eadem materia probationis legitimæ, ejusque subjectionis fideicommissio; Et de eadem cautella *Socini*, quando servata dicatur; Et de acceptatione paterni testamenti, quando causet præjudicium in legitima; Et de imputatione frumentum in legitimam.

Disc. XIX.

*Fulginaten. legitime.*

**A**n legitima possit per parentem assignari filio invito in pecunia, vel mobilibus, seu alijs quam in singulis corporibus; Et aliquia de Statuto Fulginatensi excludente feminas ob transversales a successione intestata, an importet etiam exclusio nem à legitima. Et de modo calculandi legitimi-

mam, an habenda sit ratio de bonis à parente donatis, seu alijs in vita distractis; Et quæ bona prius exesse hæreditario detrahenda sint, præfertim lucrum dotale. Et an pro legitima competat, necnè via excequiva.

Disc. XX.

*Romanæ legati.*

**A**n legata imputentur in legitimam; Seu quatenus ista per renunciationem inter vivos sit remissi;

**A**n jus illam peretodi, restitutum censeatur, ex declaratione ab ipso parente facta super legato, ut censeatur factum, ultrà id, quod filio de jure competenter.

Disc. XXI.

*Bononien. fideicommissi.*

**A**ffignatio bonorum cum onere fideicommissi, facta per patrem filii in vita, pro dote materna, & legitima, ac omni & toto eo &c. An detractiones afficiat, adeo ut filii non possint eas liberas prætendere.

Disc. XXII.

*Romanæ primogenitura de Costa.*

**A**n pater reportare possit à filio translativam cessionem legitimæ in ejus bonis, ad eum ut dici valent sui ipsius, ejusque hæreditatis creditor cum jure fructuum, alijsque effectibus.

Disc. XXIII.

*Romanæ legitima de Afra.*

**A**n in legitimam filii imputari debent debita per cum contracta, qua per patrem de superiorum mandato soluta fuerunt, quoties debita prædicta sunt nulliter contracta, vel sunt exceptione elibilia.

Disc. XXIV.

*Bononien. separationis bonorum.*

**A**n donata filio primogenito cum perpetuo onere primogenitura, imputentur in ejus legitimam; Et de materia imputationis, an scilicet, & quid imputetur; Et prælertim, an imputari debent dotes matris prædefunctæ, in legitimam nepotis.

Disc. XXV.

*Mediolanen. relevationis.*

**A**n legitimæ, alijsque detractiones amittantur, vel inutiles reddantur, ob inventarii omissionem, vel non legitimam confectionem; Et quatenus competant, an, & quando presumantur consumptæ, cuivè incumbat onus probandi consumptionis affirmativam, vel negativam; Et de concursu plurium alienationum, quæ præsunt causam detractionum referenda sunt, cum illis ad hanc materiam per discursum generalem.

Disc. XXVI.

*Bononien. legitime.*

**A**n legitima debetur præcisæ in corporibus, vel assignari possit in pecunia, seu mobilibus; Et de effectibus exinde resultantibus, præfertim circa fructus; Et an pro legitima competant interdœta possessoria.

Disc. XXVII.

*Romanæ legitima de Pamphiliis.*

**A**n legitima debetur de bonis alterius, quæ parentis, cui à tertio data fuerint, cum oneribus retiendis personæ incertæ, ab ipso gravato eligenda.

Disc. XXVIII.

*Ianuen. legitime.*

**D**e Statuto Januæ, excludente Religiosos à parentum successionibus, etiam à legitima, an capit bona extra territorium; Et quid de illius validitate.

## ARGUMENTORUM.

tate in bonis iacta territorium; Et an cestet ex contraria morientis voluntate; Et incidenter, an reliqua legitima ei, cui non debebatur, dispositio sublineatur, vel potius corrut ex falso presupposito.

Disc. XXIX.

*Parmen. deductionis legitima.*

Quomodo facienda sit deductio legitima ex hereditate, que aliquibus debiliti certi, & liquidis, ac respectivè incertis, & illiquidis gravata sit; Et praeferim ubi sint debita usuraria, quorum usufructus excedant fructus honorum; Et obiter de legitima debita nepotibus ex filio praefuncto, obtinendibus etiam donationem contemplatione matrimonii eorum patri factam, vel dotem matri datam.

Disc. XXX.

*Bononien. fidicommisi de Cambiis.*

De imputatione facienda in legitimam, aliisque detractiones, legatorum, seu bonorum alienationum, quomodo fieri, vel sequi dicatur, praesertim ad effectu tertio prejudiciales; Et quale tempus attendi debeat circa valorem bonorum alienorum pro ejus imputatione facienda.

Disc. XXXI.

*Romana fidicommisi de Alberinis.*

An, & quando detractiones accidentales & quantitativa, competentes heredi gravato ex persona propria contra defunctum, possint ab eo prohiberi; Et quatenus possint an prohibita censeantur, agendo, tam potestate, quam de voluntate.

Disc. XXXII.

*Iteramen. detractionum.*

An trebellianica prohiberi possit filii primi gradus; Et quatenus adsit potestas, quando adesse censetur voluntas, quod scilicet prohiberi voluerit; Et quid ubi agatur de testamento idiote, vel mu-

lieris, in quo talis prohibitio continetur, an confitare debeat extrinsecus, quod ex voluntate testatoris talis prohibitio adiecta sit, quodque alias presumatur adiecta de stylo Notarii.

Disc. XXXIII.

*Imolen. pradii*

An trebellianica debita sit primo heredi instituto in usufructu, post eius mortem, alter sit vocatus; Vel potius debeat huic secundo, qui censetur heres ab initio; Et de imputatione fructuum in trebellianam, facienda per heredem extraneum; Et quatenus circa initia aditae hereditatis, in causam trebellianice, tunc recte capientis bona alienata, alienatio in tertium fiat, an ea retractetur ob subsequam ejusdem trebellianae consumptionem, vel imputacionem cum fructibus.

Disc. XXXIV.

*Civitatis Castellanae, seu Hortana falcidia.*

An falcidia, vel trebellianica, à quibus causa pia exempta est, detrahatur per alteram causam plam, ratione conuafationis privilegiorum; Et dealii ad materiam falcidiæ pertinentibus; Et praesertim an prælegatum factum heredi, in eam imputetur.

Disc. XXXV.

*Discursus generalis.*

Ad materiam melioramentorum, eorumque detractionis, atque retentionis, qua processis competit.

## S V M M A SIVE COMPENDIUM

Eorum, quæ in foro magis practicabilia, continentur in hac Par. III. de Legitima, & Trebellianica, aliisque Detractionibus.



*Car. de Luca P. III. de Legit.*

H 2

INDEX

De LUCA  
De  
Instrumentis  
etc.  
GVI  
3